UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Detestabilis Mors impij Thallælei Archepiscopi Thessalonicensis. Capvt. XLIII.

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-55433

Visual Library

su. Ambobusq; relictis, in eremo cōsummatus est. Erat autem ex Ancyra Galatiæ ciuitate.

*Vide & huius Patris districtißimam abstinentiam.*

## *Detestabilis Mors impij Thallælei Archiepiscopi Thessalonicensis.*

## CAPVT. XLIII.

FVit quidā Thessalonicæ Archiepscopus, Thallælus nomine, Hic neq; Deum timens, neq, paratā retributionē expauescensq; conculcāsq; Christianū dogma, ac sacerdotalem honorē & dignitatē spernens, inuent⁹ est pro pastore lupus. Abnegās quippe sanctam, & consubstantialem Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. idola infelix adorabat Quem ij, qui tunc Ecclesijs præerāt cōmuni decreto damnarunt ac de sede sua deturbarunt. Pauco post tempore nequā ille omni scelere, & impietate plenus, voluit ad sacerdotalem dignitatem remeare. Quia ergo, iuxta sapientissimū Salomonem, oīa obediunt auro, reuocatus est in regionem suam; erat enim Constantinopoli. Sed omnipotens Deus S. Ecclesiā suā non despexit. Cū eni quadā die ille processurus esset cū superbo ornatu, vt ad Imperatores pergeret, sacerdotiumq; decretis illorū iterum resumeret, pupugit illū vēter vt pergeret ad necessaria naturę. Cū verò secretū locū ingressus esset exonerandi vētris causa, mā sissetq; intus duas iā vel tres horas, neq; reuerteretē ad suos, ingressi sunt q dā ex his, qui illi assistebant, vt illū iā debere progredi monerent, inuenerūtq; infelicē illū capite deorsū, vbi egerebātur stercora demersū, pedibusq; sursum erectis. Erigentes aūt illū, inuenerūt extinctū horribili, & ęterna morte.

## *Vita Senis Monachi prope ciui. Antinoum commorantis & de oratione pro Mortuis.*